Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26335
Copyright: Admont, Benediktinerstift



subscriberent conuenire. Quod nobis epc̄ qui thesalonicensi ordinationis nuncius missus est intimauit. Cui ideo scribere nolumus quamuis ipse hoc peteres debere fieri. quia eum corrigi nolle perspeximus. Duas apparitiones ad synodum epistolas feci. unam exemplari epistole mee ad anatholium epm̄ date. subdi feci. alteram quae exemplaria subdita non haberet tuo permittens arbitrio. ut quam dandam clementissimo principi dixeris hanc tradas. alteram apud te retineas.

Ia. Multis documentis Leo pp̄ Martiano aug. per omnes xpi ecclesias fides uestre pietatis innotuit. ut si quid sollicitudinum pro communi religione generatur. merito uestrum queratur auxilium. Quia memor dispensationis mihi credite necesse habeo curas meas. etiam in ea quae sunt futura permittere. non improbe cupio clementie uestre studiis adiuuari. ut in ea obseruatione quae certa semper ratione uariatur. nichil possit erroris incurri. Paschale et enim festum quo sacramentum salutis humane maxime continetur. quamuis in primo semper mense celebrandum sit. tamen est lunaris cursus conditione mutabile. ut plerumque sacratissimi diei ambigua occurrat electio. et ex hoc fiat plerumque quod non licet. ut non simul omnis ecclesia quod non nisi unum esse oportet obseruet. Studuerunt quidem sancti patres occasionem huius erroris auferre. omnem hanc curam alexandrino antistiti delegantes. quoniam secundum egyptios huius supputationis antiquitus tradita uidebatur esse peritia. per quem quotannis dies predicte sollempnitatis sedi apostolice indicaretur. cuius scriptis ad longinquiores ecclesias indicium generale percreret. Sed sancte memorie theophylus

ab alexandrino epo paschalis obseruatio commendatur. propter egyptus.